ut innotescat principibus et potesta
tibus in celestibus per ecclesiam multiformis
sapientie dei· secundum prefinitionem
seculorum quam fecit in christo ihesu domino nostro.
In quo habemus fiduciam et accessum
in confidentia per fidem eius. Propter
quod peto· ne deficiatis in tribula
tionibus meis pro uobis que est
gloria uestra· Huius rei gratia flecto
genua mea ad patrem domini nostri ihesu
christi· ex quo omnis paternitas in celo
et in terra nominatur· ut det uo
bis secundum diuitias glorie sue uir
tutem corroborari per spiritum eius
in interiorem hominem· habitare christum
per fidem in cordibus uestris· in cari
tate radicati et fundati ut possi
tis comprehendere cum omnibus sanctis·
que sit latitudo· longitudo· sublimitas·
et profundum· Scire etiam supereminen
tem scientie caritatem christi· ut im
pleamini in omnem plenitudinem
dei· Ei autem qui potens est omnia
facere superhabundanter quam petimus
aut intelligimus secundum uirtutem
que operatur in nobis· Ipsi gloria
in ecclesia et in christo ihesu· et in omnes genera
tiones seculi seculorum· Amen·

IIII Obsecro uos itaque fratres· ego uinc
tus in domino· ut digne ambuletis
uocatione qua uocati estis cum om
ni humilitate et mansuetudine.
cum patientia· supportantes in
uicem in caritate solliciti in uinculo
pacis seruare unitatem spiritus· Unum
corpus et unus spiritus· sicut uo
cati estis in una spe uocationis ue
stre· Unus dominus una fides· unum
baptisma· unus deus et pater omni
um· qui super omnes et per omnia
et in omnibus nobis· Unicuique autem
nostrum data est gratia secundum mensuram
donationis christi· Propter quod dicit·
Ascendens in altum captiuam duxit
captiuitatem: dedit dona hominibus·
Quod autem ascendit quid est ni
si quia et descendit primum in inferiores
partes terre· Qui descendit ipse
est et qui ascendit super omnes celos·
ut impleret omnia· Et ipse dedit
quosdam quidem prophetas· quosdam
autem apostolos· alios uero euan
gelistas· alios uero pastores et
doctores ad consummationem sanctorum
in opus ministerii· in edificationem
corporis christi· donec omnes occur
ramus in unitatem fidei et agniti
onis filii dei· in uirum perfectum in men
suram etatis plenitudinis christi·
Ut iam non simus paruuli fluctuan
tes· et circumferamur omni uento doc
trine in nequitia hominum in ast
utia ad circumuentionem erroris
Ueritatem autem facientes in cari
tate crescamus in illo per omnia
qui est caput christus· Ex quo totum
corpus compactum et conexum
per omnem iuncturam subministrationis

secundum operacionem in mensuram uni
uscuiusque membri augmentum cor
poris facit in edificationem sui in
caritate. Hoc igitur dico et testificor in
domino ut iam non ambuletis sicut et
gentes ambulant in vanitate
sensus sui in tenebris obscura
tum habentes intellectum alienati a
via dei per ignorantiam que est in
illis propter cecitatem cordis ipsorum.
Qui desperantes semetipsos tra
diderunt impudicitie in operati
one immunditie omnis in avariti
a. Vos autem non ita didicistis Christum.
si tamen audistis illum et in ipso edocti
estis sicut est veritas in Ihesu de
ponere vos secundum pristinam conver
sationem veterem hominem qui corrum
xix Dominica post festum trinitatis epistola pitur secundum desideria erroris. Re
novamini autem spiritu mentis vestre et in
duite novum hominem qui secundum
deum creatus est in iusticia et sanc
titate veritatis. Propter quod depon
entes mendacium loquimini veri
tatem unusquisque cum proximo suo.
quoniam sumus invicem membra. Irasci
mini et nolite peccare; sol non occi
dat super iracundiam iram vestram. Noli
te locum dare dyabolo. Qui furaba
tur iam non furetur. Magis autem
laboret operando manibus suis
quod bonum est ut habeat unde
tribuat necessitatem patienti.
Omnis sermo malus de ore ve

stro non procedat. Sed si quis bonus
est ad edificationem fidei ut det gra
ciam audientibus. Et nolite con
tristari spiritum sanctum dei in quo sig
nati estis in die redemptionis. Omnis
amaritudo et ira et indignatio
et clamor et blasphemia tollatur
a vobis cum omni malitia. Esto
te invicem benigni misericordes
donantes invicem sicut et deus in
Christo donavit nobis.

V

Estote ergo imitatores dei sicut
filii karissimi et ambulate in dilec
tione sicut et Christus dilexit nos et
tradidit semetipsum pro nobis
oblationem et hostiam deo in odo
rem suavitatis. Fornicatio autem
et omnis immunditia aut avari
tia nec nominetur in vobis sicut
decet sanctos. aut turpitudo aut
stultiloquium aut scurrilitas.
que ad rem non pertinet sed ma
gis gratiarum actio. Hoc enim scitote
intelligentes quod omnis forni
cator aut immundus aut ava
rus quod est ydolorum servitus
non habet hereditatem in regno Christi
et dei. Nemo vos seducat ina
nibus verbis. Propter hoc enim venit ira in fi
lios diffidentie. Nolite ergo ef
fici participes eorum. Eratis enim
aliquando tenebre nunc autem
lux in domino ut filii lucis am
bulate. Fructus enim lucis est

in omni bonitate et iustitia et
veritate. Probantes quid sit
beneplacitum deo. Et nolite com-
municare operibus infructuo-
sis tenebrarum magis autem re-
darguite. Que enim in occulto fi-
unt ab ipsis turpe est etiam di-
cere. Omnia autem que arguuntur
a lumine manifestantur. Om-
ne enim quod manifestatur lumen est.
propter quod dicit. Surge qui dormis
et exurge a mortuis et illuminabit
te christus. Videte itaque fratres quomodo
caute ambuletis. non quasi insipi-
entes sed ut sapientes. Redimen-
tes tempus. quoniam dies mali sunt.
propterea nolite fieri impru-
dentes. sed intelligentes que sit
voluntas dei. Et nolite inebria-
ri vino in quo est luxuria. sed
impleamini spiritu sancto loquentes vo-
bis metipsis in psalmis et hym-
nis et canticis spiritualibus. cantantes
et psallentes in cordibus vestris domino.
Gratias agentes semper pro omnibus
in nomine domini nostri ihesu christi
deo et patri. Subiecti invicem in timore
christi. Mulieres viris suis subdite
sint sicut domino. quoniam vir caput
est mulieris. sicut christus caput est
ecclesie. ipse salvator eius corporis.
Sed ut ecclesia subiecta est christo. ita et
mulieres viris suis in omnibus.
Viri diligite uxores vestras. sicut
christus dilexit ecclesiam et semetipsum tra-
didit pro ea. ut illam sanctificaret.
mundans lavacro aque in verbo
vite. ut exhiberet ipse sibi gloriosam eccle-
siam. non habentem maculam neque
rugam. aut aliquid huiusmodi.
sed ut sit sancta et immaculata. ita et viri
debent diligere uxores suas ut
corpora sua. Qui suam uxorem
diligit: se ipsum diligit. Nemo enim
unquam carnem suam odio habuit. sed
nutrit et fovet eam. sicut et christus ec-
clesiam. quia membra sumus corporis
eius. de carne eius et de ossibus eius.
Propter hoc relinquet homo patrem
et matrem suam et adherebit uxori
sue: et erunt duo in carne una.
Sacramentum hoc magnum est. E-
go autem dico in christo et in ecclesia. Verum
tamen et vos singuli. unusquisque
suam uxorem sicut se ipsum dili-
gat. uxor autem timeat virum.
Filii obedite parentibus vestris in do- VI
mino. hoc enim iustum est. Hono-
ra patrem tuum et matrem. quod est
mandatum primum in promissio-
ne. ut bene sit tibi et sis longevus
super terram. Et vos patres noli-
te ad iracundiam provocare
filios vestros. sed educate illos in
disciplina et correptione domini. Ser- et timore
vi obedite dominis carnalibus cum ti-
more et tremore. in simplicitate
cordis vestri sicut christo. Non ad o-

culum seruientes quasi hominibus placentes: sed ut serui christi facientes uoluntatem dei ex animo cum bona uoluntate seruientes sicut domino et non hominibus. Scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum hoc percipiet a domino siue seruus siue liber. Et uos domini eadem facite illis remittentes minas. Scientes quia et illorum et uester dominus est in celis et personarum acceptio non est apud deum. De cetero fratres.

Dominica xxi post pentecosten

Confortamini in domino et in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quia non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem sed aduersus principes et potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturam dei ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfectis stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate et induti loricam iustitie et calciati pedes in preparatione euangelii pacis. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere et galeam salutis assumite et gladium spiritus quod est uerbum dei. Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu et in ipso uigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis et pro me ut detur michi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere misterium euangelii pro quo legatione fungor in catena ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui. Ut autem et uos sciatis que circa me sunt quid agam omnia uobis nota faciet Tychicus karissimus frater et fidelis minister in domino quem misi ad uos in hoc ipsum ut cognoscatis que circa nos sunt et consoletur corda uestra. Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino ihesu christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum ihesum christum in corruptione. Amen.

Incipit epistola pauli ad philippenses.

Paulus et timotheus serui ihesu christi omnibus sanctis in christo ihesu qui sunt philippis cum episcopis et diaconibus. Gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Gratias ago deo meo in omni memoria uestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus uobis cum gaudio deprecationem faciens super communicatione uestra in euangelio a prima die usque nunc confidens hoc ipsum quia qui cepit in uobis opus bonum perficiet usque in diem christi ihesu. Sicut est michi iustum hoc sentire pro omnibus uobis eo quod habeam uos in corde et in uinculis meis et in defensione

Confidimus in domino ihesu

Dominica xxii